



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

16. Vtrum sponsus possit contrahere matrimonium, quando aliquo occulto
vitio laborat, cuius si alter conscius esset, possit iustè à sponsalibus
resilire? Ex quo infertur quamdam virginem post ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Tractatus Sextus

338

quæ matrimoniis supergenit, dissoluit ipsum quoad torum; ita ut omnino dirimat sponsalia: ergo sicut fornicatio ex parte viriusque coniugis compensatur, ita ut neutri licet separatio tori: ita & fornicatio ex parte viriusque sponsi. Quod amplius firmatur iuxta sententiam Sanchez, & omnium Doctorum, tenetum fornicationem solius sponsi sufficere, ut sponsa possit sponsalia dissoluere: ergo tuncque sponsus æqualis est quad hunc effectum dissolutionis sponsalia: ergo optimè poterit dari iusta delicti compensatio vitroque fornicante, ut nemini licet sponsalia dissoluere, sicut datur ex parte viriusque coniugis adulterantis compensatio delicti adulterii.

5. Notandum tamen est hic, Primum ad ornatum huius materie, quod, cum sponsalia valida sunt, tunc si post cognitam causam sufficientem ad dissoluendam sponsalia quis cognoscat carnaliter sponsam, amittit ius dissoluendi sponsalia. Pater, quia si vir matrimonio copulatus cum uxore, post cognitionem eius adulterium eam cognoscat, amittit ius petendi diuortium; ut docet D. Thomas in 4. disp. 35. quest. oni-
ca. art. 1. in corpore; ut patet ex leg. si uxori 13. in fine,
scilicet velis
ff. ad leg. Iuliam de adulterio. Ergo similiter sponsus per talem copulam amittit ius dissoluendi sponsalia, & hoc etiam habet voluntatem non remittendi ius suum; qui haec remissio non sit ab homine, sed à te; scilicet autem sponsalia ipso iure erant nulla, per copulam valida sunt, si contingat ipsa copula cum scientia illius defectus, qui fuit in sponsalibus; & cum confessus permanendi in prioribus sponsalibus, cognoscendo esse irrita. Patet, quia ita confessus sufficiens est ad sponsalia de novo celebranda; cur ergo ea non celebrabit? Quod si ignorat ius resiliendi, & cum ea ignorantia cognoscat sponsam; non censetur sponsalia ratificare; quia ex leg. si per errorem: nihil est magis contrarium confessus; quam error. Ita Ochagavia, tract. 1. de Sacramento matrim. quest. 23. n. 13. & alij. Vnde ego his diebus consului, non posuisse quendam a sponsalibus resilire; quia post fornicationem sponsa, illam carnaliter cognoverat.

6. Notandum est tamen hic cum amicissimo, & doctissimo Patre Martino Perez ubi supra sect. 17. num. 6. quod in foro interior conscientia sponsus non amittit ius resiliendi, si accedat ad sponsam sine animo perseverandi in sponsalibus. Ita sentit Hurtado, disp. 2. difficul. 16. Et ratio est, quia copula nullo iure continet explicitam, vel implicitam voluntatem renuntiandi proprio iuri; nam potest fieri sine ea voluntate, immo cum expressa voluntate opposita non renuntiandi: ergo accedens absque animo cedendi proprio iuri, poterit resilire ab sponsalibus; & solum tenebitur recompensare damnum illatum, si alia via, quam ducent sponsam potest damno illaro satisfacere. Imo existimo, non teneri ad compensandum damnum, quando accedens protestatur sponsa, se ad ipsam accedere cum voluntate non renuntiandi iuri resiliendi à prioribus sponsalibus; quia scienti, & volenti nulla sit iniuria. Dixi in conclusione: in foro interiori; nam quia dixi, vera sunt pro foro interno; pro externo vero semper indicabitur, virum accessisse cum animo renuntiandi proprio iuri.

7. Sed an ea, quæ supradicta sunt de fornicatione carnali, locum habeant in spirituali, scilicet in heresi; fere omnes Doctores affirmant, ut videtur est apud Sanchez disp. 51. num. 3. Gutierrez cap. 31. in fine num. 5. Basilio Ponce, lib. 12. cap. 17. num. 3. Sed hoc intelligendum est, tum quando hæretici cohabitari est innocentia periculosa: tum quando hoc delictum contingit illis in partibus, in quibus

Sup. hoc latè
infra in Re.
fol. 120.

delinquentem infamem reddit, ut in Hispania, Sicilia, aliisque Catholicis regnis.

R E S O L . X V .

An licet virique sponso à sponsalibus resilire, quando tuncque fornicationem commisit post sponsalia? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 283. alias 284.

§. 1. **N**eutrum posse in tali casu à sponsalibus resilire, docet Martinus Bonacina, tom. 1. part. 1. punct. 8. n. 6. & Paludanus in 4. sent. diff. 27. q. 1. art. 3. n. 17. Primum, quia delictum unius compungit cum delicto alterius. Secundum, quia quando tuncque coniux post contractum matrimonium committit adulterium, vir non potest facere diuortium, quanquam adulterium feminæ sit gravius adulterio viri. Ergo neque sponsus potest facere diuortium seu dissoluere sponsalia, quanquam sponsus maiorem subeat ignominiam per fornicationem sponsi. Hoc omnia Bonacina, probabiliter quidem.

2. Mihil vero contra sententia magis placet, assertens solum virum posse in eo eventu à sponsalibus resilire. Et ita docet Coninch de Sarac. diff. dub. 7. cone. 6. num. 63. Henric. lib. 1. n. 14. num. 6. Reginald. in prax. tom. 2. lib. 31. cap. 6. Basilio Gutierrez de matrim. cap. 31. n. 4. Sanchez tom. 1. lib. 1. diff. num. 9. quibus nouissime addendus est Basilio Gutierrez de matrim. lib. 12. cap. 17. num. 3. & Layman lib. tract. 10. part. 1. cap. 2. num. 12.

3. Nec argumentum Bonacina sunt falsi, nam ad primum respondeo, quod non potest in tali casu dari compensatio, quia delicta sunt valde impunita, longeque ignominiosius est sponsus talem ducere, quam sponsa tali nobisc. & ex fornicatione sponsale longe gravius damnum sponsi imminet propter incertitudinem securitate prolis. Ad secundum argumentum, quod vir adulterer non possit suorum adulterarum repudiare, respondeo, hoc non habere locum, quia longe difficulter est liquit iuri, quam sponsalia.

R E S O L . X VI .

Virum sponsus possit contrahere matrimonium, quando aliquo occulto vito laborat, cuius si alter confitetur, possit infra à sponsalibus resilire; Ex quo inservit quendam virginem post sponsalia corruptam potuisse sponsum a filio occulti ignorare cogere matrimonium contrahere, & facere sponsalibus?

Et cursim deducitur, an adulter ex infinita possit licet exigere debitum à contingente illius adulteri ignorare. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 286. alias 287.

§. 1. **H**ec quæstio est letis practicabilis, & ergo olim de illa interrogatus fui, quia sponsa virgo non erat. Ideo affero cum Basilio Ponce de matrim. lib. 12. cap. 18. num. 5. & 6. & Coninch de Sarac. diff. 23. dub. 12. n. 9. & seq. quod distinguendi sunt defectus in duplice genere. Primum est corum defectuum, qui insunt vni ex contrahentibus, sive cum culpa, aut sine illa, qui reddunt nuptias minus appetibilis, non tamen pernicioſas. Vi si mulier, quae existimatur pulchra, quia absens est, sit deformis, & quæ existimatur honesta, non sit virga, sed corrupta, vel vi, vel sponte, quando tamen studetur in posteria honestè visere: si enim id non proponeret, iam impotere non solum essent minus appetibilis, sed etiam primitio-

ciōsa, morbus scilicet contagiosus, improbi mores, à quibus desiderare non vult, grauis infamia, siue personalis, siue generis, que possit honestam familiam detur patre. Si ergo sunt defectus primi generis, dico non teneri contrahentem aperire eos. Nota tamen, quod patienti huiusmodi defectus nullo modo licet, vel dicto, vel facto positiū simulando contrarium, alterum vanā spe ad nuptias suas allicer. Dixi positiū simulando, quia tales defectus, maximē quando cum aliquā infamia coniuncti sunt, quis non tenetur manifestare, & ideo etiam interrogatus potest eiūmodi defectus dissimulare. Vnde recens nuptia licet, & consulto potest uti aliquo artificio, quo impedit ne vir deprehendat corrumptam, inīd, et si scēmina malefaciat promittenti sibi nuptias, concedendo usuram corporis, tamen aut nullo modo, aut leuiter peccat tali artificio regendo se esse corrupti, ne alter hoc deprehendens eius nuptias auferatur; nam in tali casu non propriè se singul virginem, sed virtutē occultat, & etiam aperte diceret se esse virginem, non credo per hoc præcisē peccatum mortali, nisi esset periculum ne vir postea eam corruptam deprehenderet. Si vero defectus sunt secundi generis modo quo *suprà* dictum est; non licet cum horum ignaro contrahere, nisi similes defectus patetur. Ex his facilē colligitur an is, qui defectum aliquem patitur, possit ignarum eius defectus reuidentem implere sponsalia, cogere ut adimplat. Et quidem si sunt defectus posterioris generis, non potest, etiam post sponsalia in eos defectus incidere. Et idem dicendum est de paciente defectus primi generis, si dolo induxit illum ad sponsalia contrahendā. At si patiens defectus primi generis non illum induxit ad contrahendum, probabile fatis est posse cogere, ut implat; probabilius tamen videatur non posse illum resiliētē cogere. Et haec omnia despiciuntur sive a Pontio, & Coninch *vbi supra*, qui horum omnium rationes adducunt in aliis libris non ita paucis obviis.

2. Ex his infertur, me bñm recte consoluisse contra Villalobos *in summā tom. 5. tract. 12. diff. 1. 4. n. 3.* quandam virginem post sponsalia corruptam potuisse sponsum defectus occulti ignarum cogere matrimonium contrahere, & statē sponsalibus. Nec valet argumentum Villalobos, nempe adulterum ex iustitia non posse exigere debitum à coniuge illius adulterij ignara: nam ego puto adulterum licite debitum exigere in tali casu, & ita docet Coninch *vbi supra*, *n. 87.* qui citat Caietanum, utrumque Sotum, & Henriquez, quidquid cum Villalobos sententia Nauarrius *cap. 22. n. 23.* Couarruias in *4. decret. part. 1. cap. 7. n. 4.* Armilla verb. *Adulterium, n. 8. in fine,* & Angelus *ibidem n. 3.* sed tu tene nostram sententiam, quam etiam docet Sanchez *tom. 1. lib. 1. disp. 68. n. 4.*

R E S O L . XVII.

An si sponsa tempore sponsalium pulchra esset, dissolunatur sponsalia, ea facta notabiliter deformi?
Et an valde magna deformitas debet esse sponsa, que de novo accidens det sponsa ius resiliendi?
Idem est de vehementi suspicione morbi Gallici, & de oris grauientia. Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 284. alias 285.

§. 1. **N**on tamendum est sponsam non teneri contrahere matrimonium, si sponsa oculos, vel oculum, aurem, seu nasum amiserit, vel si morbus contagiosus, paralyticus, vel lepra superueniat. Idem dicendum est de vehementi suspicione morbi Gallici, eti non plenē probetur, & de oris graueo-

lentia, quando immēdicabilis est. Et hie omnia habentur & deducuntur ex cap. quemadmodum, de inseruando. Hoc supposito, difficultas est de superueniente deformitate. Affirmatim sententiam docet Sanchez *10. lib. 1. disp. 57. n. 4.* quia tes non in eodem status permanet, et quae notabilissima mutatio, & talis, quia à principio existente sponsus non contraxisset, & ideo Innocentius in dicto cap. quemadmodum *n. 3.* ait. Dissoluuntur sponsalia, quando notabilis deformitas superuenit, quia non manet res in eodem statu, cum non sit scēmina apta facere id proper quod dicitur, scilicet tollere viro forniciandi occasionem, quia ad eam tam deformem accedere non valet. Ita Innocentius, & Sanchez.

2. Sed aduersus illud nouissimè insurgit Iohannes Gutiérrez de matrim. in *c. 21. n. 5.* quia textus in dicto cap. quemadmodum, tantum permittit dissolui sponsalia ob oculorum, vel nasi amissionem, vel ob paralysim. At deformitas, de qua nunc agimus, ut aduersatur pulchritudini vultus precedenti, non est huiusmodi. Ergo, &c. Nec obstant verba Innocentij, quia de deformitate textus in dicto cap. quemadmodum, intelligenda sunt, non verò de alia inferiori diversi generis, nempe [por auerse hecho de hermosa sea sin perder los ojos, y narizes, ni tener otra enfermedad de las expresas en derecho.] Siquidem patet vi- rum posse accedere ad non pulchram, inīd frequenter contingit viros habentes pulcherrimas mulieres cum aliis non pulchris forniciari. Nec valet dicere, quod illa infirmitates in dicto cap. proponuntur, exempli gratia: nam respondeo esse extendendas ad alias similes eandem rationem vel grauitorem habentes; non autem ad deformitates procedentes ex defectu pulchritudinis, quae multo inferior est, & minime comprehensa sub dispositione dicti cap. quemadmodum. Haec omnia Gutierrez contra Sanchez, *vbi citat* pro sua sententia Couarruias, Carrerum, Mattienzo, & Lopez.

Verū his non obstantibus sententia Sanchez mihi probabilissima videtur, quam post illum docet Basilius Pontius de matr. *lib. 12. cap. 17. n. 5.* & Fillius *tom. 1. tract. 12. diff. 12. num. 18.*

3. Notandum est tamen hic, quod Doctores loquantur communiter de sola deformitate accidente sponsa, quia in viris non ita requiritur pulchritudo. Quare valde magna debet esse deformitas sponsa, quae de novo accidens det sponsa ius resiliendi, qualis posset forte esse, si totum omnino nasum perderet, aut si tota facies feedē exureretur, aut alia ratione ita fieret deformis, ut spectantibus horrorem aliquē incuteret, aut si vna cum deformitate accedat aliud malum, ut si perdat oculum, & sit periculum, ne perdat secundum; aut si ineptus reddatur ad suum opificium exercendum, aut officium acquirendum ad sustentationem familia necessarium. Alias quando deformitas non est excessiva, non dat sponsa iustum causam resiliendi. Et haec omnia adnotauit Coninch de *Sacram.* *disp. 23. dub. 8. num. 66.*

R E S O L . XVIII.

An nulla dotis promissione prævia possint dissolui sponsalia ob paupertatem sponsa superuenientem?
Et quid, si illa sponsalia esent iuramento firmata?
Et notariis, quod si sponsa subito accedat noua hereditas, quia eius status plurimum melioretur, ita ut sponsa sit iam multum inequalis illi, non ideo potest sponsalibus renunciare?
Eadem est ratio, si sponsa noua hereditas accedat. Ex part. 3. tract. 4. Resol. 285. alias 286.

F. 2. §. 1.